



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

VII. De fine ac scopo, in quem Christus suam sancta Ecclesiæm destinavit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

Spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, hypocrisi loquentium mendacium & cauteriatam habentium consciētiam.
 Tales autem sunt omnes ij, qui hactenus doctrinam apostolicam, quam Ecclesia catholica tenet, & docet, oppugnarunt, & etiamnum oppugnant, ut Lutherani, Calvinista, Anabaptista, & reliqui nostri aui sectarij.

Recedamus ergo ab eis, mores eorum depravatos detestemur; & gaudio pleiialacriter viuamus in Ecclesia Vna, Sancta, Catholica, Apostolica, & Romana, donec tandem æterna beatitudinis finem felicissimum consequamur.

CAPVT SEPTIMUM.

De fine ac scopo in quem Christus suam sanctam ecclesiam destinauit.

Compertum est inter doctos, Omne agens per intellectum semper sibi certum aliquem finem præfigere, in quem suum opus dirigat: Quis ergo vel suspicari audebit, Christum summum artificem, utpote qui Deus & homo erat, dum ecclesiam suam institue-

ret, oblitum fuisse eam in aliquem bonum, ac felicem finem destinare? absit hoc, quod cogitare nefas esset. Nostri autem muneris erit finem illum, eiusque dignitatē, & excellētiam inquirere.

Antiqui Philosophi, ut docet Cicero ad Augustino relatus, opinabantur civitatē aliquā aut Rēpublicam, ita debere esse constitutam, ut aeterna sit morientibus, & nascentibus singulis: perpetua tamen civium successione continuata, sicut perennis est opacitas oleae vel lauri singulorum lapsu, ortuque foliorum.

Quae quidem philosophorum opinio ex parte vera est: sed in hoc mundo locum non habet: opinio enim Platoniorum, cui tanquam fundamento innititur falsa est: Illi enim putabant mūdum perpetuum esse, ac consequenter, etiam, Resp. aeternas esse potuisse: cū tamē falsitas antecedētis ex scripturis, mundum finem habiturū asserentibus liquidò constet. Ut igitur ecclesiā esse perpetuam doceamus, necesse est aliquē eius finē extra hunc corruptibilem mūdū inueniamus: aliūq; eiusdē locū stabilem inquiramus: Inuenit vtrūque Christus, nam locum ei coelum: finem.

Cicer. lib.
3. de Re-
pub.

Aug. lib.
22. de ci-
uit. c. 6.

Dan. 12.
Matt. 25.

nē aut vitā eternā assignavit; vtriusque
 autē meminuit August. cū ita ratiocina-
 tur, Quapropter dicere possumus finē be-
 norū nostrorū esse pacē, sicut eternā dixi-
 mus vitā. Presertim, quia ipsi ciuitatis
 psal. 147. quanobis est ista operosissima disputatio,
 sācto dicitur psal. Lauda Ierusalē Domi-
 nū, lauda Deū tuū Sio. Quoniā cōfirmatus
 seras portarū tuarū, benedixit filios tuos
 in te. Qui posuit fines tuos pacē &c. & in
 Roman. 6. fra, De quo sine ait Apostolus: Nunc veni-
 liberati à peccato, serui aut facti Deo: ha-
 betis fructū vestrū in sāctificatione, finem
 verò vitā eternā. Sed rursus, quia vitā
 eterna ab his, qui familiarit atē, nō habent
 cū scripturis sāctis, potest accipi etiā ma-
 lorū vita, profecto finis ciuitatis huius
 quo summū habebit bonū, vel pax in vita
 eterna; vel vita eterna in pace dicendum
 est. Et hęc quidē ipsius August. verba
 quibus scopū & finē nostræ familiæ,
 mō ciuitatis depingit. Vt aut mōstre-
 mus vitam aternam esse finem eccle-
 siæ, non solum per modum totius con-
 tinui successiui considerata; sed etiā
 singulorū mēbrorū per se, quod quidē
 Philosophorū impossibile putauerūt,
 audite eundē alibi sic dicentem, Ciui-
 tatis

Aug. l. 19.
 de ciuit. c.
 11.

psal. 147.

Roman. 6.

Aug. lib.
 22. de ci-
 uit. c. 1.

tatis
 tatis
 do. t.
 pit. f.
 gelio
 in al
 deti
 appa
 de v
 man
 lys,
 uat
 tale
 nūq
 nim
 dit
 Hu
 ma
 qui
 vitā
 nor
 tin
 tiū
 sui
 pug
 rur
 eti
 Ra
 tati

tatis Dei aeterna beatitudo, nō propter a-
 tatis per multa secula lōgitudinē, aliquā-
 do tamē finiendā, aeternitatis nomē acce-
 pit. sed quemadmodū scriptū est in euan-
 gelio, Regni eius non erit finis. Nec ita ut
 in alijs moriendo decedētibus, alijs succe-
 dētibus oriēdo species in ea perpetuitatis
 appareat: Sicut in arbore qua per ēni frō-
 de vestitur, eadem videtur viriditas per-
 manere dum labētibus & cadentibus fo-
 lijs, subinde alia, qua nascūtur faciē cōser-
 uāt opacitatis Sed oēs in ea ciues immor-
 tales erūt, adipiscētibus & hominibus, &
 nūquā sācti angeli perdiēerunt: Faciet e-
 nim hoc Deus, omnipotētissimus eius con-
 ditor: promisit enim, nec mentiri potest.
 Huc vsq; verba sūt peruetusti illius, &
 magni Ecclesie Doctōris, ex quibus li-
 quidō cognoscim⁹ ecclesiā Christi ad
 vitā aeternā destinari, ac ppetuā fore,
 non solū ceterarū Rerū pub. more, cō-
 tinuata successione moriētū & nascē-
 tiū membrorū: sed in se, & in singulis
 suis mēbris, nō quidē hic in terris, vbi
 pugnat & peregrinatur à Domino; ve-
 rum in cēlis loco pacis & stabilis qui-
 etis; huc enim spectat quod Sanctus
 Paulus dicebat, *Non habemus hic ma-
 nentem.*

Matth. 1.

Hebr. 13.

Aug. lib.
19. de ci-
uit. Dei.
c. 17.

nentem ciuitatem sed futuram inquiri-
mus: & illud Augustini, Domus homi-
num ex fide uiuentium, expet at ea que
in futurum aeterna promissa sunt, terre-
nisque ac temporalibus rebus tanquam
peregrina utitur: non quibus capiatur
auertatur, quò tēdit in Deum: sed quibus
sustentetur ad facilius toleranda, min-
imeq, augēda onera corruptibilis corporis
quod aggrauāt animā Idcirco rerū
huic mortali necessariorum utrisque ho-
minibus fidelibus & infidelibus, & utri-
que domui communis est usus: sed finis
tendi cuique suus est proprius multumq,
diuersus: Terrena enim ciuitas, quæ
uiuit ex fide, terrenā pacē appetit in eo-
rum imperandi, obediendiq, ciuiū concor-
diam, ut sit eis de rebus ad humanam
tam pertinentibus, humanarum quadam
compositio voluntatum: Ciuitas uero
cælestis, uel potius pars eius, quæ in
mortalitate peregrinatur, & uiuit ex
fide: etiam ista pace necesse est utatur
donec ipsa cui talis pax necessaria est
mortalitas transeat: Et per hoc dum
apud terrenam ciuitatem, uelut captiuus
vitam suæ peregrinationis agit, iam pro-
missione Redemptionis & dono spirituali

tanquam pignore accepto legibus terrena
 ciuitatu. quibus hac administratur, qua
 sustentanda mortali vita accommodata
 sunt, obtemperare non dubitat. Hacte-
 nus Augustinus: quam ratio inationē
 eius, licet longiusculam, verbotenus
 referendam duxi, vt vnusquisque vi-
 deat, quanto veri ac boni Christiani om-
 nibus terrenis hominibus feliciores
 sint: Nam veram quidem est, omnes
 homines tam fideles, quam infideles
 hic vitam mortalem viuere, & postea
 immortalem victuros: Magna tamen
 inter hos, ac illos differentia est: Hi e-
 nim qui extra Dei gratiam, & ecclesie
 communionem decedunt, ad perpe-
 tuas inferorum pœnas semper victu-
 ri abeunt: Illi vero qui in Ecclesia Dei;
 gratia donisque spiritualibus ornati
 moriuntur, ad gaudia cœlestia, nunquā
 finienda, euolant in cœlum: Hic enim
 locus vltimæ felicitati hominum est
 destinatus, vti supra tetigimus. Nam
 S. Paulus, inquit, *Ascendens Christus in* *Ephes. 4.*
altum captiuam duxit captiuitatem: ani-
mas scilicet Patriarcharum quas de
lymbo eduxerat: & Stephanus Inten. *Actor. 7.*
dens in cœlum, vidit gloriam Dei & Ie-
sum

sumstantem à dextris Dei, & S. Ioanne de
infinite horum multitudinem ex Vo.
omni natione videt ante thronum: Hi pit.
est ille locus, quo sanctus Paulus, & nū.
miles aspirabant cum dicerēt, Scim tri.
quoniam si terrestris domus nostra hab et.
tationis dissoluatur, quod edificatione pro.
ex Deo habemus, domum non manus ad re.
eternam in caelis: Idem sentiebat ster.
 2. Cor. 5. Petrus, cum scriberet, Deus secundum
 misericordiam suam magnam regenera
 uit nos in spem viuam per resurrectionem
 Iesu Christi ex mortuis, in hereditate
 incorruptibile & incontaminatā, & in
 marcescibile conseruatā in caelis. Ideo
 sancti Ecclesie doctores semper de
 cuerunt iustorum animas ab omni
 be peccatorum expurgatas, Angelorum
 ministerio ad caelos continuo tanquam
 in patriā, & propriā sedē transportari.
 Nam, ut inquit Gregor. Ipsa per
 veritas attestatur dicens: Vbiunque fuerit
 corpus ibi congregabuntur & aquilae
 quia ubi redemptor noster est corpore,
 procul dubio colliguntur iustorum animae.
 Et Paulus, cupio dissolui & esse cum Christo;
 Qui ergo, Christū esse in caelo nō dubi
 tat, nec Pauli animā esse in caelo negat. Vnde
 de Be

Luc. 17.

Philipp. 1.

de Basilius ita 40. martyres alloquitur
 Vos non terra contexit, sed cœlum excep-
 pit; aperta sunt vobis paradisi porta, dig-
 nū profecto exercitibus angelorum, pa-
 triarchis, prophetis, & iustis omnibus spe-
 ctaculum. Damascenus quoque volēs
 probare Beatā Virgīnē in cœlis regna-
 re ait, Si enim vbi sum ego, ibi & mini-
 ster meus, ait Dominus vita, & veritas;
 quomodo nō magis mater cū ipso cōmora-
 bitur. Omitto alias multas auctorita-
 tes, tā sanctorū Patrū, quā conciliorū,
 quæ docent firmiter credendum esse
 sanctos in cœlis, cum Christo, cui in
 vita seruerunt, post mortem regnare.
 Et sanè admodū cōsentaneū erat ra-
 tioni, vt animę & corpora iā gloriosa,
 aliquo gloriæ suę proportionato loco
 hospitarētur: & vt ij, qui in posterum
 angelicam essent vitā ducturi, eodem
 cū Angelis refectionis, & quietis spa-
 tiosissimo loco gauderēt. Hęc itaq; pa-
 tria nostra est, quod oēs Christiani an-
 helamus: hic scopus est, in quē oēs de-
 stinamur. O beatū finē! o finem perfe-
 ctū! o finem vbi sine fine erit requies,
 & omnium bonorum abundātia. Ego
 certe finē orationi meę non inuenirē,
 si eo-

Basil. Ho-
mil. de
4. Mar-
tyr.

Damasc.
orat. 2. de
Dormit.
B. Virg.

Conc. Flo-
rent. &
Trid. sess.
25.

1. Cor. 2.

Isa. 64.

Apoc. 21.

ñ eorum felicitatem quibus Deus sua
 gratia ad hunc finem perduxit, suis
 verbis ac proprijs coloribus depinge
 re vellem, *quia oculus non vidit, nec au
 ris audiuit nec in cor hominis ascendit
 quæ præparavit Deus, ijs, qui diligunt
 lum: ipsi enim populus eius erunt, inquit
 Ioannes, & ipse Deus cum eis erit ipse
 Deus: & absterget Deus omnem lachry
 mam ab oculis eorum, & mors ultra non
 erit, neque luctus neque clamor, neque do
 lor erit ullus: non esurient, neque sitient
 neque cadet super eos sol, & ut pauca
 expediam, ab omnibus malis exem
 pti, bonis nunquam amittendis com
 plebuntur. Adam & Eva in terrestri
 paradiso tentati, & à tentatione victi
 inde meruerunt expelli: filij Israel in
 terra melle ac lacte fluente, quam eis
 dederat Dominus, semper infestos ho
 stes senserunt, à quibus tandem deleti
 sunt: Cælorum beati ciues in pacifica
 & perpetua bonorum, quæ ipsis obue
 nerunt possessione, permanebunt.*

Recapitu
 latio.

Summatim autem repetentes quæ
 diximus, caput concludamus; Vidi
 mus Ecclesiæ Dei & familiæ Christi
 originem vetustissimam, dignitatem
 funda

fundatoris excellentissimam, nobilitatem membrorū, & capitis illustrissimam, sanctitatem vinculorum diuiniſſimā: Discuſſimus quod eam vniat, eiſque eſſe tribuat, quæ proprietates, & notas quibus ab alijs diſtinguatur habeat: Quod ſit Vna, Sancta, Catholica & Romana: ſinis autem eiſ, vt diximus, eſt gloria, quam in ſublimi cœlorum domo verè ſuis filijs, etiam prodigis, & poſtliminio redeuntibus, Deus præparauit. Quæ omnia, ſi bene conſideremus, fieri nequit, quin ſapientiam & bonitatem leſti Chriſti admodum miremur, & pro tantæ domus ædificatione; atque ob noſtram ad eū admiſſione gratias, quam poſſumus maximas, agamus. Verum vltèrius pergendum eſt; contemplemur itaque methodum, quo diuinus inſtitutor in ædificatione ſuæ Eccleſiæ uſus eſt; & efficaciam mediorum, quibus domeſtici ſui adiuti ad ſinem illum beatiſimū feliciter perſurgere poſſunt.

D

CA.